Accipe ergo ex ramulis suis teneros et caue a vento et sale. Et hec ego quidem audiui sol coquatur et exprime succum eorum et pone cum gummi arabico quousque congeletur. Et si potueris facere ex eo trociscos bene sunt. Quod si magis sit est. Et est qui adulterat ipsum cum aliis succis et non oportet quod accipiatur nisi a fideli viro. Et sunt qui exponunt succum soli et dimittunt donec siccetur et possit ex eo facere trociscos et sic faciunt. Et

Modus extrahendi succum ex tribulis marinis asarach i. tribuli marini

Fructus asarach i. tribuli marini exprimuntur sic ex agrestis sic exagresta i. cucumeris asinini

Modus colligendi euforbium. Euforbium

Euforbium nascitur in terra que dicitur sigelmessa i. agricolarum. Et super est modus colligendi ipsum quod comparatur cortices petendo et lauatur bene et ligatur ad truncum arboris. Deinde homines accipiunt lanceas et stantes a longe figunt cacumine sed in trunco arboris quod inde effunditur gummi repositum in ventre. Et effundetur ex vase aliquo et aliquociens remanet ex eo super faciem terre propter fortitudinem sui caloris. Et eligentibus ex eo est id quod est clarum citrinum fortis. Et ipsum quidem est gummi saporis valde propter magnam eius acuitatem.

Opium est lac papaueris nigri. Modus faciendi opium. Et dixit Diascorides quod modus extractionis eius est secundum hanc formam. Et est quod venies a papauere quod sit complete maturum postquam siccata sit a rore. Et scindit super eam in maa et scindatur eius cortex papaueris cum facultate ne transgrediatur quod lac ingredietur intra concauitatem papaueris et non possit ipsa colligi. Deinde radices papaueris circumquaque ex omni parte eius et incipe aliquationem tuam a summitate capitis papaueris et trahe usque ad finem fissure quam fecisti directe. Et caue ad rasorem ne cadat de cute eius cum lacte. Collige lac cum digito et pone in coclea vel in vase [illegible]. Deinde expecta per longum tempus sicut per aliquod spacium et redde iterum ad papauera primum qui venies ad fissuras quas fecisti iterum lac egressum quod colliges. Et dixi et si facias quod dum aliquid de lacte egredietur. Et si videns aliquid egredi tertia die tertia collige etiam. Deinde adhibe totum simul quod collegisti et sicca in loco umbroso donec coaguletur a deo quod possis ex eo facere trociscos et fac et sicca.

Forma extrahendi succum ex papaueribus et ex eo (?) fit opium

Accipe capita papaueris et folia eorum et tere bene et extrahe succum eorum cum torculo aut alio et tere succum eorum in sole assidue donec coaguletur ita quod possit inde fieri trocisci et fac et sicca. Et virtus huius est debilior virtute opii. Et melior species opii est pingue graue. Et quod frangitur est in loco fractionis leue et clarum declinat rubedini. Et quod funditur super ipsum liquefit cito dissoluitur. Et qui applicat erit ipsum candele incenditur et emittit flammam non obscuram. Et odor eius quod extinctum fuerit remanebit secundum dispositionem suam p[illegible] non siccitatis. Et adulteratur cum succo lactuce habet virtute [illegible]